

Heinrich Friedrich Pfannkuche


Observationum Philologicarum Et Criticarum Ad Quaedam Psalmorum Loca Specimen

Bremae: Foersterus, 1791

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn820657050>


Druck Freier  Zugang





F. c - 3371. ¹⁻⁶
= =





OBSERVATIONVM
PHILOGICARVM ET CRITICARVM
AD
QVAEDAM
PSALMORVM LOCA
SPECIMEN

SCRIPSIT

HENR. FRIDERICVS PFANNKVCHE,



B R E M A E,
S V M T I B V S F O E R S T E R L
I 7 9 L

VIRO MAGNIFICO
SVMME VENERABILI
DOCTISSIMO
IOANNI CASPARO
VELTHVSEN
THEOLOGO INCLITO
PATRONO ET FAVTORI
PIE COLENDO


HONORES GRAVISSIMOS
SVPERINTENDENTIS GENERALIS
REI CVM ECCLESIASTICAE TVM
SCHOLASTICAE PER DVCATVM
BREMENSEM ET VER-
DENSEM
GRATVLATVRVS

MVNVS CVLVM HOCCE QVALECVN-
QVE

EA QVA PAR EST
PIETATE ATQVE OBSERVANTIA
OFFERT
TANTI NOMINIS


CYLTOR DEVOTISSIMVS
HENR. FRID. PFANNKVCHE.

Tulit aetas nostra, felicium ingeniorum in
omni omnium litterarum genere feracissima,
V. T. interpretes haud paucos, insigni ingenii, eru-
ditionis et doctrinae laude conspicuos. Ex quo enim
intellexerunt viri docti, in monumentis sacris tra-
ctandis versati, plane easdem artis criticae et her-
meneuticae leges in antiquis scriptoribus, siue sa-
ceris siue profanis esse obseruandas; omnia textus
facri vel sanandi et integritati suae restituendi, vel
subtiliter et accurate interpretandi subsidia, quae
cum antiquitas in versionibus et commentariis nobis
reliquit, tum nostrum aeuum sua sibi comparauit
industria, tam egregie adhiberi coepta sunt, vt tex-
tui aequae ac interpretationi vetustissimarum linguae
Hebraeae reliquiarum lux affulserit, longe, quam
antehac, clarior. Prae caeteris vero aetas nostra
poeticae Hebraeorum monumenta, quorum virtutes
et pulchritudines Lowthus et post eum Herderus non
sentire tantum, sed et diiudicare et recte aestimare
lectores suos docuerunt, tenebris, quibus opprime-
bantur, eripere studuit. Nec scio, an vllus V. T.
liber plures nactus sit interpretes eosque praeclarior-
res,




res, quam ipsa illa Hebraeorum carminum Anthologia, (Psalms vocant) cuius loca nonnulla vel sanare vel interpretari huic libello propositum est.

Quae omnia cum mecum reputarem, parum abfuit, quin a consilio, specimen aliquod animadversionum in quaedam Psalmorum loca diuulgandi, deterrerer. Vt enim taceam, me non ab ea supellectile litteraria esse instructum, quae V. T. interpreti, si quidem rem suam bene gerere ac nouam tenebris ab aliis relictis lucem affundere velit, omnino est necessaria; probe mihi conscius sum, me nec in linguarum orientalium adyta penetrasse, nec eo esse ingenii acumine et sagacitate, vt, vbi viri doctissimi forte coecutierint in interpretando, ego solus lucem videam. Sed erant tamen, quae ad consilium, quod ceperam, exsequendum me incitarent. Gestiebat animus, VIRO de sacrarum litterarum interpretatione immortaliter merito, cui summam rerum sacrarum per has terras curam demandatam esse patria gaudet, publice testari eam, quae meritis EIVS insignibus debetur, reuerentiam, EIDEM que, iudici iuuenilium conaminum indulgentissimo, hac occasione data, specimen profectuum meorum qualiumcunque in Hebraeis litteris offerre. Selegi hoc consilio loca nonnulla Psalmorum, in quibus nondum omnia ab interpretibus ita expedita mihi



mihi videntur, vt nullus bene de iis merendi locus superfit futuro interpreti. Malui in his, ipse quid possim, experiri, et dum virium mearum periculum facerem, nonnumquam per errorem, incitiam vel praecipitantiam labi, quam aliorum interpretum vestigiis vbique insistere alienosue thesauros spoliare.

His de consilii mei ratione praemissis spero, fore neminem, qui vitio mihi vertat, quod loca nonnulla Psalmorum, a multis viris doctis iam saepe excussa, retractare, atque si quidem possim, noua luce collustrare studuerim. Cauti sedulo, ne, quae saepius ab interpretibus monita essent, reppererem, vel longis verborum ambagibus denuo commendarem, atque id potissimum egi, vt *mea*, non aliorum cogitata proferrem. Facile quidem fieri potuit, vt, quae ipse mihi inuenisse visus sum, iam ab aliis me incio (paucos enim interpretes confutare mihi licuit) rectius obseruata sint: persuasissimum tamen mihi habeo, nonnulla in obseruationibus meis inuenturum esse lectorem, in quibus ducem secutus sim neminem. Aeque ac beneuole eruditorum, qui a tirone in hoc litterarum genere nihil maturi, nihil studiose elaborati et diligenter perpoliti expectabunt, iudicio et examini haec, quae reuera *mea* esse cognoscent, submitto; atque
id,




id, quod volui, consecutus mihi videbor, si institutione egregia VIRORVVM summorum, HEYNI, praestantissimi monumentorum antiquitatis interpretandorum magistri, DOEDERLEINII atque EICHHORNII, quorum singulari in me fauori atque disciplinae plurimum me debere, gratissima mente profiteor, me haud sine fructu vsum fuisse pronuntiabunt ii, penes quos in hac litterarum parte iudicandi facultas est.

OBSERV. I. AD PS. II. 5. 6. 7.

Carmen hocce celebratissimum, de cuius auctore disputatur, Dauidi ipsi malim, quam vati cuidam ignoto, qui illi aequalis fuerit, tribuere. Prouoco, vt hanc sententiam firmem, non ad argumentum ex Act. IV. 25. sumtum, cui multa opponi non ignoro, sed potissimum ad insignem, quae carmini nostro cum Ps. IV. Dauidi et ob inscriptionem praefixam et ob argumentum, in quo versatur, haud dubie assignando intercedit, similitudinem. Continet enim vterque Psalmus cohortationes ad homines seditiosos, qui Dauidis, Iehouae in moderanda


He-



Hebraeorum republica vicarii, imperium aspernabantur, grauissimas easque fiduciae in Deo, a quo rex constitutus esset, plenas. Argumentum plane idem est, tractationis modus diuersus: nam Ps. II. lyrice omnia exponit; Ps. IV. vero ornatu poetico destitutus genus dicendi simplex atque humile sequitur.


Conuenire inter se eo, quo dixi, modo haec duo carmina, patebit unicuique, qui, quid discriminis inter expositionem lyricam et enarrationem a profaica non longe distantem intersit, tenuerit. Compararet velim *accurate* et *diligenter* Ps. IV. 3. cum Ps. II. 1 — 3. Ps. IV. 4. cum Ps. II. 4 — 9. Ps. IV. 5. 6. (vbi lectio אָמַר praeferenda) cum Ps. II. 10 — 12. atque inueniet, Psalmum II. lyrice exornata exhibere ea, quae Ps. IV. clare ac luculenter sine inuolucris poeticis exponit.

Quae cum ita se habeant, haud improbabile mihi videtur, Psalmum vtrumque eadem occasione a Dauide compositum esse. Psalmum IV. turbis intestinis ab Absalomo concitatis originem debere, consentiunt fere interpretes: Psalmum II. contra temporibus turbulentis, quorum historia II Sam. V — VIII. enarratur, scriptum esse, volunt multi. Quae posterior sententia licet habeat, quibus sese
com-




commendet, optimosque interpretes in partes suas traxerit, pari tamen probabilitate sumi potest, cecidisse Dauidem Psalmum II. *sub initiis seditionis Absalomicae*, quam tum temporis facile repressum iri sperabat. Fauet certe huic coniecturae praeter illam, quam modo commemoravi, cum Ps. IV. similitudinem ipse locus, quem in Psalmorum collectione obtinet Ps. II. quippe qui carminum tempore turbarum illarum ciuiliu scriptorum agmen ducit. Nec vereor, ne quis ad coniecturam meam infringendam נים et לאמים vs. 1. et מלכי־ארץ vs. 2. mihi oppositurus sit, cum illa vocabula de tribubus Israeliticis, vt alias saepe, haec vero de proceribus eiusdem gentis, vt parallelismus monet, intelligenda sint. Sed nolo longior esse in argumento, quod vnice coniectura nititur. Id vnum addo, ex hac hypothesi ריק vs. 1. non inepte eodem sensu sumi posse, quo infra Ps. IV. 3. occurrit: nempe de falsis criminationibus, quibus seditionis auctores Dauidis in iure dicendo iustitiam a partium studio alienam populo suspectam reddere studebant. cf. II Sam. XV. 2 — 6.

Vs. 5. et 6. arctissime cohaerere et sic vertendos esse puto: *Mox eos iratus alloquetur; in aestu irae suae, qui terrorem iis iniiciet: Ego unxi regem meum, in Zion, maiestatis meae sede.* Ante יבהלם sub-



subintelligo pronomen אשר, cuius ellipseos exempla in libris poeticis ita sunt vulgaria, vt afferendis iis supersedere possim. Laudo vnum tantum locum, ab interpretibus male intellectum Pf. XLVIII. 8. cui Ill. SCHNURER, obseruata hac ellipsi, lucem affudit clarissimam in Animaduersionum ad loca quaedam Psalmorum Fascic. II. Tubing. 1778. p. 8. — Praeclara tum existit imago poetica. Conuertit sese Deus ad rebelles indignabundus, vultuque poenas minitante, inquit, regem a me constitutum reieicitis? Ipse Deus omnipotens contra machinationes vestras eum defendam. cf. Pf. LXXXIX. 20. sq.

VI. 7. nolim sequi eos, qui אספּרה אל־חַק iubent vertere: *dicam, quod res est.* Nimis languidus videtur hic sensus in hoc contextu, nec ideo ferendus. Prouoco ad sensum cuiusque aestheticum. Fatendum est potius, vel constructionem verbi סָפַר sequente אֵל, quae, cum exemplis careat, (frustra enim laudatur Pf. LXIX. 27. vbi lectio est dubia) interpretibus suspecta est, licet insolitam, esse ferendam: nam dubium est quam maxime in lingua emortua et in paucis tantum reliquiis superstitite iudicium, quid in ea vsitatum fuerit, vel mori loquendi contrarium; vel de lectione immutanda esse cogitandum. Posteriori sententiae si quis forte calculum suum adiciat, haud adeo improbabile ei videbi-




debitur, in antiquissimis voluminibus hanc lectionem forte exstitisse:

אֲשַׁכֵּרָה אֶל־חֶק

Plenus spei fiduciam meam colloco in promissione Iehouae. Occurrit saepius in Psalmis hoc verbum שִׁכַּר, cuius prima significatio est accurate intueri aliquid, particulis modo אל, modo ל sequentibus, e. gr. Pf. CXIX. 166. CXLV. 15. et alibi. Conuenit praeterea haec lectio optime orationis nexui, nec multum distat, quod in primis notandum, a lectione vulgata. Librario enim vel vocem praelegentis sequenti, vel quae ipse legerat, tacite pronuntianti facile accidere potuit, vt sono horum verborum adeo simili deceptus, vocabulum alterum alteri in seius et inuitus substitueret. Id saltem mihi a quouis harum rerum perito datum iri spero, hanc, quam proposui, coniecturam simpliciore esse, nec textui tantam inferre vim, quantam illa a b. MICHAELIS, statore illo subtilioris antiquitatis omnis Hebraeae inter nostrates studii, post fata immortalis, excogitata:

מִסְפָּר אֶל חֶק

Ita quidem ille, Alexandrinos secutus: sed, si vel maxime ex versione eorum euinci posset, eos סִפַּר in participio legisse, de quo tamen iure dubitatur,
non



non hoc modo violento lectionem eorum immutarem. Fac eos, vt ille vult, legisse:


מִסְפָּר אֵל חֶק

יְהוָה אָמַר אֵלַי

tum verfum, aperte tetracolon, ita vertere liceret: *Proclamauit Deus, regnum mihi tradens, hanc legem fundamentalem: dedit mihi hanc promiffionem etc.* Participia vim Aoriftorum obtinere et מספר idem esse, quod דגיד, docet Pf. XIX, 2.

OBSERV. II. AD PS. VII. 13, 14.

Innocentiae, quamuis impugnatae, in solo diuinae iustitiae praesidio acquiescentis sensus dominatur per totum hunc Psalmum, qui in praestantissimis carminibus omninoque lyricis locum obtinet. Deum esse a partium studio alienum et ad poenas ab improbis repetendas semper paratum, Poeta vs. 12. sibi persuasissimum habet; tum quid ipse a Dei iustitia exspectet, vere poetice ita exponit:




אם לא ישוב הרבו ילמש
 קשתו דרך ויכוננה
 ולו הכין כלי מות
 חציו לרלקים יפעל

Varias variorum interpretum de hoc loco sententias easque quam maxime inter se discrepantes *) recensere, longum foret. In quibus cum nullam offenderim, quae mihi arriserit, nouam horum versuum interpretationem proferre audeo, quam, cum optime carminis scopo aequae ac sententiarum nexui conueniat et in ipsa sua facilitate nonnihil commendationis habere mihi videatur, a viris doctis haud omnino improbatum iri confido.


Conuenit inter omnes, quamuis alias mirum in modum dissentientes interpretes, verba אם לא ישוב *vs.* 13. de hostibus Daudis intelligenda esse. Parum accurate hoc fieri puto. Offendit certe vnumquemque legentem crebra ista subiecti, de quo sermo instituitur, mutatio. Accedit, quod Daud numquam, si Iehouam ad puniendos hostes precibus suis prouocat, quantum equidem memini, hanc vel
 simili-

*) Conferri de his meretur I. H. S. HARTER *Disp. philolog.* in Pl. VII. Tubing. 1786. p. 20 sq. qui recentiorum imprimis interpretum dissensum diligenter notauit,




similem conditionem adiicit, sed semper, iuxta sua
caussa fretus, aduersariis poenas grauissimas, quip-
pe quibus homines isti digni ipsi videbantur, ex-
optat. Dabunt hoc omnes, qui spiritum in Psal-
mis vigentem frequenti lectione sibi familiarem
reddiderint, nec offendentur, qui temporum et lo-
corum, a nobis remotissimorum virtutes non nostro,
sed *suo* pede et modulo metiendas esse concesser-
int. Quae difficultates cum vulgari interpretatio-
ni aduersentur, versum 13. vnice de Deo agere
statuo, nulla hostium, quos omnes hic quaerunt,
mentionem iniecta. Habet enim, quod neglexerunt
hoc loco interpretes, לֹא אֵין vim affirmandi, Ies.
V, 9. aliisque locis haud paucis obuiam. Repe-
tendus est hic vsus loquendi, quod vel tironi-
bus notum, ex formula iuramentorum, in qua
cum apodosi saepe fuerit silentio pressa, velut Ies.
XIV. 24. factum est, vt eadem loquendi ratio ad-
hiberetur etiam extra iurandi solennitatem, ad
firme grauiterque asseuerandum. Eandem signifi-
cationem affirmatiuam Ill. SCHNURER *) dum
טֹא לֹא אֵין tribuit Ps. CXXXI. 2. locum mirifice ab
interpretibus perturbatum, more suo, hoc est,
docte et ingeniose illustravit. — יִשְׂרָאֵל vel respicit ad
vf. 8.

*) Animaduersionum ad loca quaedam Psalmorum Fascic. II.
P. 23. sqq.



vl. 8. למרום שובה, ita vt sensus sit: Deus precibus meis annuit; ascendit denuo tamquam iudex feuerus tribunal, quod hostibus impune furentibus deseruisse eum poeta fingit, vel cum ילטש iungi et vulgari *iterandi* significatu sumi potest.

Vl. 14. Grammaticae leges iubent, vt לו de hostibus, quorum modo in plurali, modo in singulari mentionem facit vates, intelligatur; non vero, vt vulgo fieri animaduerto, ad praecedens קשה, vocem nusquam in masculino genere occurrentem referatur. — לדלקים Symmachus vertit εἰς το κοινον, quem plurimi interpretes secuti posteriorius hemistichium ita exponunt: *sagittas suas facit ardentes.* Sed obseruandum 1) פעל sequente ל nullibi idem valere, quod עם cum ל constructum. In phrasi: אעשה אפול non liceret אעשה אפול loco אעשה reponere. Frustra huius constructionis exempla quaeruntur; vbique enim, vbi פעל cum ל iungitur, occurrit ל vel commodi, vel incommodi. 2) Parallelismus postulat, vt לו prioris membri, quod ad hostes referendum esse demonstrauius, habeat in posteriori membro verbum sibi respondens. His rationibus commotus lego לדלקים a R. דלק, cui, vt SCHNURER in Disp. in Pl. X. Tubing. 1779. praeclare ostendit, *persequendi* notio inest, cum ex lingua Arabica, in qua دالِق proprie dicitur de gladio




gladio e vagina prociduo, tropice de turma, quae cum impetu irruit, tum ex locis hebraeis Gen. XXXI. 36. 1 Sam. XVII. 53. Thren. IV. 19. Facile praeterea deriuatur eadem notio ex primitiuo *ardendi* significatu, cum vocabula familia v. gr. חרה ad vehementes odii affectus indicandos frequenter adhibeantur. Adstipulantur huic sententiae οἱ ὄ, qui vertunt τοῖς καυομένοις h. e. ira ardentibus, versiones antiquae in locis supra laudatis et R. Salomon, qui לררפים exponit לררקים. Dilucidam putem nunc esse orationem: membra illius et inter se et cum antecedentibus belle cohaerent: *Profecto Deus denuo gladium suum acuit; arcum pede imposito (ררר) firme intendit. Aptat contra improbos instrumenta mortifera, parat contra persecutores sagittas.*

OBSERV. III. AD PS. IX. 7.

Describit vates, qui summo numini ob victorias ab hostibus reportatas gratias agit, adversariorum interitum his verbis:

B

ראויב



האויב תמו חרבות לנצה

וערים נתשת

אנר זכרם המה


Statuunt vulgo interpretes, האויב esse Nominatum, quem vocant, absolutum, dum vertunt: *ad hostem quod attinet, cessarunt eius vastationes vel (ex lectione Alexandrinorum) gladii h. e. bella in aeternum; sed tum sequi deberet חרבותיו. KNAPP V. S. V. poetam ad hostes verba facere sumit: o inimice, urbium tuarum dirutarum ne vestigia quidem supersunt, quod, cum in antecedentibus et consequentibus sermo ad Deum directus sit, incommodum videtur. B. DATHE האויב tamquam nomen collectivum cum תמו iungit, subintellecto ב חרבותה: hostes consumti sunt vastitatibus aeternis, dure credo, nec satis apte. Facilior mihi quidem videtur explicatio, si punctis leuiter immutatis legitur:*

האויב תם

וחרבות לנצה

Consumtus est hostis: ruinae (sc. urbium eius, vt ex sequentibus patet) erunt aeternae: nam tu, Iehoua urbes eius extirpasti. Hac via omnia melius cohaerere et concinniora esse opinor, quam in lectione recepta.

Ad




Ad vltimum versus membrum quod attinet, plane cum b. MICHAELIS facio, qui רָמָה, arab. *fluxit, diffluxit*, legendum esse cenfet, nisi quod זכר־ non, ut ille, cum אבד sed cum רָמָה iungere malim: *periit hostis* (האויב repeto) *diffluxit memoria eius*. Huic lectioni quid opponi possit, non video, cum sermo abruptus, qui hoc versuprehenditur, affectuoso dicendi generi maxime conueniat, nec de allata significatione verbi רָמָה dubitari possit. Quae cum ita se habeant, coniecturae, quae antequam interpretes consularem, in mentem mihi venerat, libenter renuntio. Putabam, lectionem genuinam fuisse

אבד זכרם מִרָמָה

quae, altera littera מ per negligentiam omissa a librario, lectionis nostrae fons esse potuit. Responderet tum מִרָמָה פֶּד: *periit memoria eorum, ita vt non sint amplius*, h. e. penitus.

Caeterum moneo, versu 13. huius Ps. fortasse pro אִיזִים legendum esse יָהוּם; quod parallelismus suadet; et inde a vs. 14. incipere carmen, a praecedente diuellendum. Constat enim, Psalmos in-
scriptione destitutos nonnumquam parum accurate esse diuisos. Offendunt certe in carmine, quod




hostium vires penitus fractas describit, preces contra hostes potentes viribusque feroces, nec nisi coacte cum antecedentibus ab interpretibus conciliantur.

OBSERV. IV. AD PS. XII. 9.

Loco valde obscuro nec ab interpretibus fati adhuc illustrato lucis nonnihil afferri posse videtur ex versione Alexandrina: κυκλω οἱ ἀσεβεις περιπατησι, κατα το υψος σε ἐπολυωρησας τας υίεσ των ἀνθρωπων. Apparet enim ex ea, vocabulum ἀπαξ λεγομενον πηδη in mendo cubare. Non ignoro quidem, SEMLERO aequae ac ERNESTIO ipsam illam lectionem των ὀ suspectam visam fuisse; hic enim *) ἐξολιγωρησας loco ἐπολυωρησας reponendum esse, ille **) particulam negatiuam excidisse coniecit; sed
me

*) Bibl. nov. theolog. T. I. p. 202. Lips. 1771. 8.


**) Ep. ad I. I. Griesbachium de emendandis graecis V. T. interpretibus. Halae, 1770. 8.



me quidem iudice fundamentum, quo nititur eorum coniectura, non satis firmum est. Nam ex versionibus graecis ferioris aevi antiquiorem illam corrigere volunt. Mihi contra Alexandrini aliam videntur secuti esse lectionem, antiquam sine dubio, nec contemnendam.


כֹּרֵם סֵלוֹת לְבִנֵי אֲדָם

Tum antithesis adest, praecedentibus optime conveniens, atque vulgaribus explicationibus longe praeferenda: *Improbi undique incedunt: sed dum contra eos surgis* (ita LXX. fed כֹּרֵם, suffixo omisso ambiguum, melius forte ad רָשָׁעִים, quorum prius membrum mentionem facit, refertur: *dum hostes irruunt*) *viam planam et bene exaggeratam paras hominibus afflictis*, h. e. ab aduersariorum impetu eos defendis saluosque praestas. Hebraeos ad felicitatis notionem exprimendam vti saepissime vocabulis, quae viam rectam, planam, patentem denotant, v. c. הַרְשִׁיעַ, הַרְחִיב et aliis, notissimum est. De hac vocis סֵלֵל significatione metaphorica conf. Prov. XV, 19. ex quo loco [simul patet, אֲרָח h. l. subintelligendum esse. Defectiue occurrit Pf. LXVIII. 5.

OBSERV. V. AD PS. XIV^o 4.

Verfatur hic Psalmus, cuius recensionem immutatam Pf. LIII. exhibet, in describenda peruerfitate hoſtium Dauidis, qui imperium regis a Deo conſtituti detrectantes impietatis in Iehouam crimen committebant. Manere hos homines ſeditioſos atque vere in Deum rebelles poenas meritas, vates diuinus hoc vſ. 4. mente praefagit, in quo legendum eſſe ירע verſiones antiquae ſat multae, codices ipſi (conf. DE ROSSI ad h. l.) et recentiorum interpretum conſenſus vna voce clamant. Diſſentiunt vero in explicando hoc verbo. Tribuit ei b. DATHE ſignificatum: *poenas luere*, et ablegat leſtorem ad SCHVLTENSIVM in notis ad Iob. XXI. 9. ex quibus patet, verbum ירע, quod primitus ſignificat *ſentire*, latine reddi poſſe *luere poenas*, vbi vel און, vt Iobi loco laudato, vel נקמה, Ezech. XXV. 14. vel aliud ſubſtantiuum poenam ſignificans adiunctum habeat; non vero, quod demonſtrandum fuiſſet, verbum ירע, vbi *absolute* ponatur, hac vi gaudere. DOEDERLEIN V. S. V. vſ. 5. cum vſ. 4. iungit: *nonne hi ſciant, futurum eſſe aliquando, vt tremant?* B. MICHAELIS et cum eo


eo



eo s. v. KNAPP: *werden die Uebelthäter nie zur Erkenntniß kommen? h. e. nonne respicient? haud dubie ambiguitate vernaculi Erkenntniß, quae voci hebraicae non inest, seducti. Rectius ex praecedentibus intelligitur Iehoua, hoc modo: nonne tandem aliquando Iehouam, feuerum iudicem et ad puniendum paratum, quem res humanas nihil curare stulte credunt, cognoscent? Haud tamen diffiteor, aliam esse viam interpretandi hunc locum, lectione paullum immutata:*

הלא ירע

*Nonne tandem aliquando frangentur, durissimis poenis affligentur impii (a R. רעע, conterere) vel: Nonne terrore percipientur (ex signif. arab. روع, روع v. Golius p. 1063.) Lectori optionem permitto, cum utrumque huic loco bene conueniat; posterior tamen deriuatio sequenti פחר פחר vs. 5. forte accommodatior est. Saepius in V. T. ירע vitiose scriptum est, e. gr. Iudic. VIII. 16. Ezech. XIX. 7. (coll. ד א ת ה ו notis ad h. ll.) Proverb. XIII. 20. (vbi LXX. γυωσθησεται, textus vulgatus ירוע) nec opus est monere, in codicibus MSS. litteras ר et ר ob figuram similem sexcenties inter se mutatas esse, adeo vt, quaeenam littera legenda sit, non tam ex codicibus, quam ex contextu definiri debeat. Testantur idem
loca,*




loca, quorum duplex recensio in V. T. occurrit,
v. c. Pf. XVIII. II. 43. coll. II Sam. XXII. II. 43.

Sequens אכלי עמי impietatem hominum, contra quos Poeta verba facit, declarat, eaque de causa tanquam appositio cum פעלי און recte, neglectis accentibus, iungitur. Qui enim haec verba ad אכלי להם trahunt subintelligentes כאשר, in quaerendis ellipsis sunt nimii. Nec opus est, modo obseruetur, אכל להם esse descriptionem felicis hostium status, qui omnibus ad vitam sustentandam necessariis abundabant. Contrarium est בקש להם Pf. XXXVII. 25. Verto igitur: *Nonne tandem aliquando terrore percellentur homines isti mali, qui populum meum deuorant? qui maximis Iehouae beneficiis ornati, summum numen non curant?*

OBSERV. VI. AD PS. XVI. 2.


Post b. MICHAELIS et Ill. SCHNVRRERI curas, Psalmo huic difficillimo feliciter impensas, tironi omnis spes praecifa est, proferendi aliquid noui, quod viris doctis se probare possit. Audeo tamen,
nouam



nouam ad vs. 2. coniecturam proponere, de cuius probabilitate penes eos, qui linguae Hebraeae indolem norunt, sit iudicium.

Verba עריך טובחי בל עריך quid sibi velint, membrum praecedens אהה ארני luculenter declarat. Sed quomodo singula verba sensum, loco conuenientem fundant, dictu est difficile, praesertim cum עריך nullo modo ferri posse videatur. Legit b. MICHAELIS, Symmachi, sensum magis quam singula verba exprimentis, auctoritate adductus בל בלעריך. Ill. SCHNVRER, interpres subtilis et a multorum, ad textum immutandum magis, quam fas est, procliuum more alienus, locum mutatione indigere negat et עריך *praeter te* vertendum esse pronuntiat. Sed fateor ingenue, loca, quae ad hanc sententiam defendendam laudantur, diligenter a me esse collata, neque huic Viri doctissimi decreto, si quid iudico, fauere. Nec placet BOYSENI *) interpretatio, qui בל imperatium apocopatam Conj. Piel R. בלה, curare, accurate intueri in Conj. III. esse statuit: *felicitatis meae curam habeas precor*: nam nimiam cupiditatem, dialectum Arabicam ubique in subsidium vocandi, prodit. — Paucis dicam, quid

*) Beyträge zu einem richtigen System der hebräischen Philologie, Leipz. 1762, p. 62.



quid sentiam. Respondet בל in libris poeticis frequentatissimum prosaicae particulae לא, quae haud raro, licet ה interrogationis absit, interrogatiue explicanda est. Quidni igitur בל eodem modo, quamuis alia exempla desint, (quod in reliquiarum hebraicarum paucitate non mirandum est) *interrogatiue* sumere liceat? Tum hemistichium recte vertitur: *Tu es summum bonum meum*, cum interrogatio fortius affirmet, et על ex usu eius, in Psalmis frequenter obuio, redundet. cf. Ps. VII. 11. LXII. 8. על אלהים ישי.

OBSERV. VII. AD PS. XXVII. 8.

E recentioribus interpretibus S. V. KNAPP longe felicius, quam MICHAELIS et DATHE hunc locum expediisse putandus est, qui Symmacho, Aquila et Syro praeuentibus בקשו legit: *zu Dir sieht mein Herz, sehnt sich mein Blick; nach deinem Blick Jehova, sehn ich mich*. Nec habeo, quod moneam, nisi hoc vnum, בקשו פני cum אה פניך iungi, quam cum לך, vt viro doctissimo placuit. Nescio tamen, annon pulchrior existat
fen-

sensus et parallelismo membrorum aequae ac dictioni poeticae melius consulatur, lectione leuiter immutata:

לך אמר לבי בקש פניו


את פניך יהוה אבקש

Age, ita alloquitur me animus meus, quaere faciem eius (Iehouae scilicet, quod ex contextu intelligitur) faciem igitur tuam quaero. Ultima littera vocis פניו a librario festinante facile per errorem oculorum ad בקש trahi potuit.

OBSERV. VIII. AD PS. XXXIV. 17. 23.

Textum nostrum impressum V. T. non tanta gaudere integritate, quantam multi et olim et nostra aetate dogmaticis magis quam historicis et criticis argumentis innixi ei tribuerunt, vel ex foliis carminibus alphabeticis, ad quae Psalmus hicce referendus est, clarissime patet. Versum integrum post sextum desiderari, iam saepius est monitum. Praeterea mihi persuadeo, versum 23. qui a ך in-

cipit,



cipit, non iustum obtinere locum in nostris editionibus, sed in locum versus 17. esse substituendum. Quo facto, descriptio felicitatis piorum, quae vs. 16 — 21. instituitur, non incommode, vt nunc fit, interrumpitur, nec opus est, ante צעקי vs. seq. cum versionibus antiquis et interpretibus nostri aevi צירקים, quod excidisse dicitur, in textum recipere. Comma 17. contra locum versus 23. recte occupat, quippe qui descriptionem infortunii hominum improborum continuat; nisi quis forte verisimilius ducat, totum istum versum, qui nunc est 17, haud genuinum esse, sed versui 16. ob praeclaram, quam continet, antithesin iam antiquissimis temporibus a pio lectore quodam in margine codicis fuisse adscriptum, atque inde in codices plures transiisse. Nam vix probabile est, poetam in carmine alphabetico pangendo versatum, duos versus ab eadem littera incipientes scripsisse.

OBSERV. IX. AD PS. XXXV. 15.


Perfidiam hostium, quibuscum antehac familiariter vixerat, questus Dauid: In calamitate mea,
in-

inquit, laetantur illi et conueniunt: נאספו עלי נכים.
 In recensendo antiquorum et recentiorum interpre-
 tum dissensu, de quo consulatur KOEHLER (in
 Repertor. T. V. p. 83. sqq.) tempus terere nolo.
 Textum vulgatum et vocis נכים significatum vul-
 gare defendo; sed עלי in עלי mutandum esse cen-
 seo. Respicit nimirum נכים ad praecedens בצלעי,
 nec quidquam difficultatis loco inest, si ex hac
 coniectura, quae puncta vocalia tantummodo mutat,
 vertitur: *In calamitate mea laetantur et conueniunt;
 ineunt in conuentibus suis consilia clandestina contra
 miseros, quod non expectabam.* Probe notandum
 est hoc parallelismi genus, haud adeo apud Hebraeos
 infrequens, quo membrum prius *particulariter* enun-
 tiat, quod posterius *uniuersaliter*. Occurrere idem
 videtur Ps. XVI. 10. LXIX. 27. cuius ignoratio in-
 terpretibus lectiones חסירך et הלליך in plurali su-
 spectiores, quam reuera sunt, reddidit.

OBSERV. X. AD PS. XXXVI. 2. 3.

Iniquitas a poeta in personam mutatur, quae
 in impii corde templum habere atque oracula ad
 malitiam excitantia fundere haud inuenuste fingitur.
 לבי cum antiquis interpretibus recentiores lectioni

rece-



receptae, recte, credo, praeferunt. נאם est formula solennis Hebraeorum, qua oracula laudantur, ideoque sequentia de ipso oraculo explicanda sunt. Plane respondet huic versui Pf. XIV. 1. vbi poeta minus poetice eandem sententiam exponit: אמר נכל בלבו אין אלהים.

Vf. 3. fluctuant interpretes, quodnam subiectum verbum החליק requirat. Conuenientissimum sane videtur, ipsam Iniquitatem, cui poeta personam induit, intelligere. — לשנא nec loco conuenit, nec ullo modo ab interpretibus ita explicari potest, vt in lectione textus acquiescendum sit. Coniicio, latere in ea לשנו, qua mutatione facta עינו לשנו ad versum 4. retraho. Iudicent lectores, annon omnia melius quam in vulgaribus interpretationibus cohaereant: *Oraculum Impietatis in corde impii sic sonat: Nihil valet apud Deum verus eius cultus.* (perinde est, Deum recte colas necne) *Tam blanda oracula edit Improbitas homini prauo.* Sequitur nunc descriptio hominis improbi, qui blandis illis Improbitalis lenociniis capitur. *Lingua eius mala, quibus delectatur (עיניו) perpetrat* (ad verbum: lingua eius est ad perficiendum malum), *quidquid dicit, praecium est et impium.*


OBSERV. XI. AD PS. L. 23.

וְשֵׁם דְּרַךְ אֲרָאָנוּ בִישַׁע אֱלֹהִים

Lectio recepta huius hemistichii שֵׁם דְּרַךְ aegre defenditur, nam desiderantur exempla, quae hunc usum loquendi probent, et durior est formula: *ponere viam* pro: caute et circumspecte agere. Pro lectione שֵׁם LXX. Vulg. Syr. Arab. pugnant; nec tamen iis assentior, cum parallelismus membrorum verbum, respondens praecedenti זכח חורה requirat. Veram lectionem eamque et membro praecedenti et mori loquendi conuenientissimam inuenire mihi videor in Symmachi versione: τῷ εὐτάκτως ὀδυσσόντι. Suspicio, eum expressisse lectionem שֵׁם דְּרַךְ vel quod magis placet שֵׁם דְּרַכִּי *quod attinet ad eum, qui praecepta mea obseruat, saluum eum praestabo.* Ex hac, quam Symmacho tribuo, lectione nostram ortam fuisse, verisimile est; nam e tribus litteris simillimis ררר proxime sese excipientibus a librarii negligentia facile vna praetermitti et ם vocis ררכי ab apice dextro litterae ם absorberi potuit.

OBSERV. XII. AD PS. LV. 10. 16. 19.


Vf. 10. Miror interpretes ad vnum omnes, quos equidem inspexi, cum DATHIO consentire, qui



qui ita vertit: *perde eos, o Deus, scinde eorum consilia.* Quam incommode, sentiet quisque me non monente. Ornatio existit verborum sensus et sermone poetico accommodatior, si proprias verborum בלע et פלג significationes in mentem reuocamus. Tribuitur nimirum בלע proprie leoni praedam membratim dilaceranti, ac eadem est potestas verbi פלג, quod cum vocibus cognatis פלח et פלא disseccare, discernere, dilaniare denotat, obseruante SCHULTENSIO ad Iob. X. 8. et XLI. 15. Iam apparebit, comparari Deum cum leone: *Dilania, Ichoua, discerpe linguas hostium*, h. e. hostes perfidos. Tum sequentia facile explicantur, nec cum b. MICHAELIS textus mendii inculpandus est; praesertim cum פלג לשונם de consiliis hostium diuisis sibi contrariis interpretari, a genio linguae Hebraeae alienum sit, licet Symmachus hanc explicationem praeiuerit. — Plane idem est, quod Dauid Ps. LVIII. 7. precibus a Deo efflagitat: דרם שנימו.

VI. 16. Lectio textualis ישימה non omnino reiicienda est, dummodo legatur ישימה a R. ישם i. q. שטם, *terror eueniat illis.* Praestat tamen antiquas versiones sequi, quae in duas voces vocabulum istud diuidunt. Lectio ישימה, quam multi interpretes iique clarissimi iis tribuunt, *mors debitum ab iis exiget*, cum vsu huius verbi apud Hebraeos recepto pugnat, quod praeunte GIERO bene monuit DA-

THE



THE ad h. l. Nec lectio ישיא decipiet eos mors,
 mihi probatur, cum nusquam sequente על occurrat.
 Tutissimum videtur Aquilae et Syri versionem: *ad-*
ducat mortem in eos sc. Deus, sequi et ישיא מוח. Simi-
 lem phrasin inuenio Deuter. XXVIII. 49. ישיא ירוה
 עליך בני מרחק.


VI. 19. mirum in modum exercuit interpretes.
 פרה vel de futuro tempore explicandum est, vt
 praecedentia et sequentia aperte docent, vel cum
 versione Alexandrina in יפרה mutandum, quod prae-
 fero, quoniam י formatium a praecedente י vocis
 קולי forte deuoratum est. פרה praeeuntibus Ale-
 xandrinis, Vulg. Luthero etc. lego. — Posterior
 hemistichium qui vertunt cum ДАТНІО: *nam multi*
sunt, qui me infestant, dupliciter peccant, dum ב
 essentiae, siue qualitatis, vt vocant, Hebraeis cum
 Arabibus commune atque praedicato proprium, sub-
 iecto praefigunt, et עמרי פד significationem prorsus
 insolitam: *contra me*, tribuunt. Aliorum interpre-
 tationes parum probabiles silentio praetermitto, et
 cum nulla earum locum bene expediat, hoc he-
 mistichium in mendo cubare et medica manu indi-
 gere mihi persuadeo. Sola punctorum vocalium,
 quorum auctoritas perexigua est, mutatione insitata:

כי ברבים היו עמרי

recte se habent omnia nec linguae Hebraeae regulis
 vñ stabilitis vis infertur. De hostium incurfu עמר על

©

dici-




dicitur; et עֲמַרְיָ, quod plane respondet קָמַי אֵשׁ, in
 עֲמַרְיָ עֲמַרְיָ reſoluendum eſt. *Saluum praeſtabit me
 Deus, hoſtibus irruentibus; nam multi me adoriuntur.*
 Cf. Pf. III. 2. 3. LVI. 3.

OBSERV. XIII. AD PS. LXI. 7.

Poſterius verſus membrum: נָתַתְּ יִרְשָׁתִי יְרֵאֵי שְׂמֶךְ
 Alexandrini graece reddunt: ἑδωκας κληρονομιαν τοις
 φοβουμενοις το ονομα σου, a quibus plurimi interpretes,
 vt alias ſaepe, pendent. Sed in aprico eſt, notam
 Dativi ל' ante יְרֵאֵי deſiderari, quae, ſi illa verſio ap-
 probanda eſſet, nullo modo abeſſe poſſet. Quod
 cum b. D A T H E recte, credo, obſeruet, Dativum
 ex לְרֵאֵי repetendum eſſe voluit, et verba textus ſic
 vertendo expreſſit: *Reddis mihi haereditariam poſſeſ-
 ſionem cultorum tuorum.* Sed et id ipſum durum vi-
 detur, nec duplex ſtatus conſtructus, quem ille ſta-
 tuit, auribus placet. Quid, ſi textum ſic conſti-
 tueremus:

נָתַתְּ יִרְשָׁתִי יְרֵאֵי שְׂמֶךְ


Tu feciſti cultores tuos poſſeſſionem meam h. e. fractis
 ciuium ſeditioſorum viribus Iſraelitas denuo imperio
 meo ſubiecisti. In codd. MSS. ſaeppiſſime littera י
 cum praecedente ה coaleſcit. Exempla e multis
 pauca



pauca laudo Pf. XVI. 2. 6. Praeterea illud *, quod hoc loco excidisse cenfeo, ob vicinitatem sequentis * in voce יראי facile perire potuisse, quisque videt.

OBSERV. XIV. AD PS. LXXV. 2.


Recte se habet versio huius versus, si sic formatur: *Te Deum celebramus, te celebramus: nam numen tuum praesens est: laudibus celebrantur* (subintelligo מַסְפְּרִים ad ספרו, quod latine in passiuo reddere licet) *opera tua miranda*. Nam nec SCHVLTENSIVM in animaduersf. ad h. l. vertentem: *notum est nomen tuum*, nec DATHIVM, qui ad ספרו ex Pf. XLIV. 2. אֲבוֹרְחִינוּ subintelligendum esse putat, sequi velim, cum hic Psalmus non beneficia diuina olim Israelitis praestita, sed noua et recentia praedicet. Sed nec illa, quam dedi, interpretatio mihi satisfacit. Omissio subiecti, ad quod ספרו referendum sit, auribus molesta, parallelismi legibus contraria est. Quas difficultates cum recte sentirent veteres interpretes, sensum huius versus magis, quam singula verba expresserunt, eandem, quam nos, lectionem haud dubie secuti. Moneo obiter, versionem LXX. interpretum, quae in editionibus nostris vulgaribus exstat: διηγρησομαι παντα τα θαυμασια




σζ, aperte mendo laborare, eiusque loco διουγκο-
μεθα τα φαρμασια σζ rescribendum esse, quod Vulg.
Syr. Ar. cum hac versione facientes exprimunt.
Neque opus est, ex antiquis versionibus huic loco
violentam textus recepti mutationem obtrudere.
Parallelismus, optimus saepe verborum vel explican-
dorum vel sanandorum magister aliam, eamque, meo
quidem iudicio, faciliorem viam, eas quas supra
commemoravi, difficultates euitandi, monstrare vi-
detur, quo duce, masorethicas distinctiones, per saepe
loco incommodo positas, nihil curans, neque quid-
quam in litteris consonantibus mutans, duo versus
membra alio, quam vulgo fit, modo constituenda
esse puto.

הודינו לך אלהים הודינו
וקרב שמך ספרו נפלאותך

*Te, Nomen venerandum, celebramus laudibusque esse-
rimus; Cultores tui praedicant facta tua miranda.*
Sumo, קרב שמך esse periphrasin Israelitarum, *populi
Deo dicati*, qui alias saepissime appellationibus
הסודי יהוה, יראי, אהבי, in Psalmis ornantur. Oc-
currit idem vocabulum קרב de Abrahamo Pf. CXLVIII.
14. (vbi conf. Ill. SCHNURRERI Animadu. Fasc.
II. p. 26. fqq.) de sacerdotibus Leuit. X. 3. nec in-
solens est, Singularem nominis collectiui, cum verbo
in plurali iungi.







at bey dem Ursprung der allgemei-
 rigkeiten gefunden, weil man den
 rsehen hat. Die Abstraction des
 ie sich viele sie vorstellen, voraus,
 klichen Dinge schon mit völliger
 er unterschieden werden. Diese
 nstände sollen alsdenn von der Denz-
 gehalten, verglichen, das Gemein-
 ammet, abgesondert und zusammen
 it es in derselben Verbindung bey-
 de, mit einem Ton, oder überhaupt
 leichen, merkbarer gemacht werden.
 ese Arbeiten der höhern Erkenntz-
 dig, wenn wir unsere allgemeine
 nmen, deutlich machen, und in
 einkleiden wollen. Wahr ist es
 Vorstellung, welche das Gemein-
 dinge enthält, in unzähligen Fäls-
 der fließen, sich auflösen, und in
 würde, wenn das Wort nicht die
 , das sie in der Seele zusammens-
 e. Dies würde am meisten als
 o die Aehnlichkeit der wirklichen
 ein aus einem gewissen künstlichen
 hnen wahrgenommen werden kan-
 elbst, so zu sagen, die Classen ger-
 den Bäumen, Menschen, Ber-
 , da ist eben sowohl möglich, daß
 Züge in den allgemeinen Bildern
 , zu einer festen und stätigen Ver-
 hne Beyhülfe der Töne, obgleich
 inigung noch mehr befördern; als
 wir täglich tausend äussere ein-
 ander vollkommen unterscheiden,
 C 2 ohne

